



58d

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.



MEMORIAE  
VIRI

PRAENOBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQVE IV.  
RIS CONSVLTISSIMI  
DOMINI

ANDREÆ  
IACOBI  
HOFFMANNI,

JCTI CELEBRIS, CONSVLIS HVIVS CIVIT. IMP-  
PER. NORDHVS. GRAVISSIMI, ANTISTITIS TEMPLI  
NICOL. SCOLARCHAE, XENODOCHII S. CYR.  
BVS SARI ET ORPHANOTROPHI  
INSPECTORIS HONORATISSIMI,  
QVI PRAEMATTRA MORTE III. CAL.  
MARTII MDCCCXXV.

DECESSIT.  
CVMOQVE DEFUNCTI HONORI  
IV. NON. MARTII IVTSA SOLVERENTVR  
SACRVM ESSE VOLVIT

IOH. CHRISTIAN WEBER, R.

AM







**N**ihil est quidem, quod magis in oculos incurrit feritque eorundem lumen, quam aliis praesse et reipublicae capeffere administrationem; cum enim potentiae et dignitatis splendorem intuentur, res jucunditatis plena videtur multaeque voluptatis: qui vero non solum summum honoris spectant gradum, sed alta mente praediti plus cernunt et longius, facile perscipiunt, quibus cum molestiis sit conjuncta: cum enim, Cicerone iudice (qui vero summa cum laude rerumque intelligens consulatum gessit Romae, cum caput orbis esset) *fit boni consulis non solum videre, quod agatur, verum etiam, praevidere, quid futurum,* quisque qui aliquid iudicare potest, intelligit, quae curae animum Magistratum coquant et versent in pectore fixae corpusque affigant, ut sollicitentur noctes diesque. Animo modo rationeque lustramus, quid sit videre, ne quid resp. detrimenti capiat et imperare omnibus, ut cuius aequabilitas iuris impertiatur et singulis consulatur; quid sit aures praebere quotidie patientes tot hominum desiderijs, tot auxilium implorantibus, tot consulentibus respondere, consilium ex tempore capere et fidele deliberantibus dare aliaque plura obire negotia, tempora cibi capiendi et quieti differre alieni commodi causa, nonne haec molesta? et tamen patienter ferre, nonne magna? quibus non incurfionibus conquerentium et lites denunciantium fores patere debent et qua frequentia non quotidie pulsantur, ut, si aequum esset, a coetu hominum ac celebritate saepius, tanquam in portum, se in solitudine recipere necesse haberent ad animum atque corpus a defatigatione reficiendum atque reparandum, quo pacto onus aetna gravius sustinent; Atque haec causa subest, cur saepissime Principes, Episcopi, et ipsi Pontifices Romani omnem recipiendi magni honoris occasionem refugerint atque reformidaverint, exemplorum plena est vetustas, pleni sunt multi libri etiam recentiorum. Non itaque quisquam tanta erit mentis imbecillitate, qui non aliquid infirmitati humanae concedendum et veniam dandam esse censeat, quando bene coepta male cedunt nec eventus cogitatis responderet; vicariam quidem Deo operam Magistratus praestant, attamen homines sunt humanisque obnoxii infirmitatibus, ut multa sint in tatis, quae mutari non possunt nullo hominum studio facta aut neglecta. Quae cum ita sint, mirum etiam non est, si magistratum gerentes non semper longioris sint aevi, quia tam arduae, tam diversae tamque edaces curae, dum animum versant assidue et distrahunt huc

at.



atque illac impulsus, pariter ipsum attenuant ac corpus viresque depascunt, ut alias viribus ad vivendum valentes brevi extingvantur.

Humecta ora lacrymis et dejecti in terram miltorum vultus manifestant in praesenti funere abunde talem acerbum luctum et simul clarum testatumque faciunt, non domū aliquam solum privatam, sed totam etiam rempublicam esse percussam atque sauciam novo et gravi vulnere, cum prioribus nondum omnes obductae cicatrices: per hoc enim, quae prope consanuisse videbantur, recrudescunt austique dolores majorem lugendi suggerunt causam, viridem et in flore aetatis fortunaeque ereptum esse rebus humanis Consulem, in quo civitas plurimum spei potuisset habere, talem futurum, quales ejus Progenitores cognitos habuit; ab antiquissima enim multisque meritis in patriam celebri origine stirpis Nordhusanae generatus hac lucem adspexit anno **MDCCCXXI**. d. **xi**. Calend. Maji Patre, **Viro Praenobilissimo atque Jurisconsultissimo**, Domino **IOH. GVNTHERO HOFFMANNO**, Consule hujus Lib. Imper. Civit. Nordhusae Gravissimo ac Meritissimo, qui multo acrius vigilavit ad libertatē, emolumenta et incrementa civium, quam pater quisquam ad filiorum salutem, et Matre **ANNA CATHARINA LERSCHIA**, Foemina honesto loco nata et virtutis praestantissimae; cum autem in ipso jam adolescentulo fulgeret indoles virtutis, laudati Parentes ipsam omnibus doctrinis et artibus, quae ad humanitatem pertinent et quibus puerilis aetas impertiri debet, à publicis Praeceptoribus et domesticis praedagogis erudiendum sedulo curarunt, sub quibus et illo educationis studio istos fecit profectus, ut anno aetatis vigesimo ad altiora Academiae Salanae studia anno **MDCCCXXI**. animum appellere potuerit ad ea perficienda, quibus aliquando patriae saluberrima praestare posset officia, nec de se spem fecit irritam eosque audivit Doctores, quorum doctrina non potuit non abundare praeceptis institutisque sapientiae atque eruditionis: philosophia enim imbuit ipsum omni solidissimae doctrinae genere celeberrimus **D. Buddeus**, scientia juris, imprimis Institutionum et Pandectarum eundem auxit **D. Ditmarus**, ex **D. Brückneri** ore hausit cognitionem juris Canonici, **Jus Feudale** tradidit **D. Beckius**, ad Jurispublici studium duxit **D. Burc. Gotth. Struivius**, qui omnes Viri Juris scientissimi et inter praecipua sui seculi ornamenta sunt numerandi, ut taceam, quam operam atque curam in addiscendis lingvis collocaverit; his autem fundamentis studiorum positus dignus est habitus, qui arduo Secretarii muneri in patria anno **MDCCCXXV**. praeficeretur, hancque dignitatem omni diligentia atque cura tueri beneque suam provinciam administrare allabora-

vit.



vit, quo iplo anno etiam in matrimonium sibi sumit honestae vitae  
viduam, Mariam Margaretham, Küchenthalis, ex antiquo Kirchho-  
fianae familiae genere oriundam, suscipitque ex illo conjugio unicam  
filiam optimae spei. Dum autem supra laudato studio suo demandato  
muneri satisfacere operam omnem dedit, etiam sibi munivit viam,  
ut superiori anno, ipsis Trium Regum vigiliis, in Consulare patriae fa-  
stigium proveheretur: ostenderunt autem hunc tantum tata neque  
ultra esse siverunt, quam unius anni spatio, quo exacto vix supera-  
vit vivendo unum atque alterum mensem, dum ex levi principio  
morbum contraxit gravissimum. Motus itaque imbecillitatis vehe-  
mentiores inclinataeque in deterius principia valetudinis lentis,  
dimisit delevitque ex animo rerum terrestrium curas, et coelestium  
ardore accensus spirituale et ultimū animae viaticum anhela vit, quo  
dulcissimo S. Coenae cibo ac potu recreatus atque refectus in volun-  
tate Dei unice acquievit hocque in statu, in gravescente morbo, III.  
Calend. Martii ultimum reddidit spiritum vitamq; imatura morte  
finivit, cum nondum complevit annum aetatis trigessimū tertium.  
Sic eheu prolapsae sunt spes nostrae! quem habuerunt exitum? cor-  
ruerunt. Quid hoc est mali? licet enim optimi succedant, semper  
tamen interruptur aliquid boni, et intercapedo ipsa atque mora,  
dum transit dignitas, deputanda est in damno, quae omnino deplo-  
randi lugendique necessitatem imponunt et augent, in cuius luctus  
societatem vocantur etiam Musae nostrae. dum fungi supremo in  
Consulem atque Scholarcham officio jubemur et solennia tumeris  
craftina luce sunt peragenda; quare nostri omnium erit officii, do-  
centium atque discipulorum, ut frequentes compareant in phrontiste-  
rio nostrarum Musarum ad justa illa ultimo honori nostri Scholar-  
chae in templo Blasiano perfolvenda, P. P. Nordhulæ d. v. Non.  
Mart. anno ciro 1800.





78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40








MEMORIAE  
VIRI

PRAENOBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQVE IV-  
RIS CONSVLTISSIMI  
DOMINI

DREÆ  
COBI  
FMANNI,

CONSVLIS HVIVS CIVIT. IM-  
AVISSIMI, ANTISTITIS TEMPLI  
HAE, XENODOCHII S. CYR.  
ET ORPHANOTROPHI  
RIS HONORATISSIMI.  
ATYRA MORTE III, CAL,  
ARTII CIO IOCCXXV.

DECESSIT,  
DEFVNCTI HONORI  
ARTII IVTSA SOLVERENTVR  
SERVM ESSE VOLVIT  
RISTIAN WEBER, R.



AW